

OFFICINAE

IOANNIS RAVI-

SII TEXTORIS

EPITOME.

TOMVS PRIMVS.

Opus nunc recens post omnes omnium editio-
nes fidelissimè recognitum, et Indice co-

piosissimo locupletatum.


Bibliotheca Regalis Salamantini Societatis Sese Collegii.

EDITIO TERTIA.



LVGDVNI,
SVMP TIBVS PETRI RIGAVD.

M. DCII.


INCULPATISSIMO VIRO,
SACRARVM Q. LITERARVM PROFESSO-
R I MERITISSIMO, D. IOANNI BOLVACO,
Niuernensi, Nauarrensi Grammaticorum Gymnasiarcha, Ioan. Rani-
sus Textor Niuernensis, S. D.



REQVENS fuit multis admiratio, vir inculpatissime, quod ego
 tuus alumnus, & propè dixerim partur, tuis semper adiutus
 obsequiis, tuâq; opera literis innutritus, neq; beneficiû scriptis
 agnoscerem, neq; gratiâ verbis ullis remeter. Nec defuerunt,
 qui silêtio meo tam diuturno inflatis etiâ buccis & multo ir-
 ricerentur stomacho, atq; hoc ipsum vitio verterent, dicerentq;
 me indignû de quo quisquam bene mereri debeat, quum vt causabatur, ple-
 ræq; expertes rationis animâtes ab huiusmodi nota. Nâ & cico-
 nia, parètes à quibus vitâ accepit, senio fessos nutrit & succollat, & glires suis
 genitoribus dum senuerunt, eadê succurrunt pietate, velut moritum refun-
 dentes. Alij item quibus eadê placebat sententia, conuiciis me incessabant, &
 huiusmodi veròis alloquebantur: Nâ tu es homo egregie malus Textor, di-
 gnûsq; multis plagis & cicatricibus, qui magno famæ tuæ dispèdio nō agno-
 scis, per quem profeceris? Hic (de te loquebatur) te nutriuit à puero. Et, vt in-
 quit Simo Terentianus, fecit ex seruo vt esses libertus, & quod habuit sum-
 mum pretium, persoluit tibi. Tu tamen pateris eius memoriam apud te fri-
 gescere, quem velut numè aliquod terrenû deberes suspicere & reuereri, cu-
 iusq; effigiè, si saperes, domi haberes in larario, quum quicquid es, si quid sal-
 tem es, id totum sis eius officio, etq; vitâ cû doctrina referre debeas acceptâ,
 Adde q; magna est ambobus affinitas, eadê vtriq; patria, cuius ille flos est, &
 primû specimè, & in qua tâti fit ab omnibus, vt inhumanus habeatur & in-
 ciuilit, qui transuenti compiratim non assurgit. Quânam ergo ratione macu-
 lam hanc elues? quânam modo culpam deprecaberis, aut in quam excusatio-
 nem reiicies delictum, si solus eum relinquas insultatum, in què omnes pleno
 ore certatim laudes cõgerant? His illorû verbis quum aures mihi calerent, &
 circumsonarent, coepit me pudere vitæ, & pœnitere negligentiae. Parumq; ab-
 fuit, quin ipse mihi pœnam irrogauerim, sumptorq; de meis Musis supplicio,
 abortiuas a Iolefcentiæ meæ nugas Veneris manto deuouerim, vt cum Poly-
 tiano loquar. Vbi tamè diu satis in ea pependi cruce, post longum tædium &
 animi mœrorè, discussis hinc inde rationibus tandè cogoui nihil esse, quod
 deberem tristari, aut affici pœnitentia. Quinetiam me multo prudētius egisse,
 quàm si quid infra dignitatem tuam antea reposuissim. Præcedentia quidem
 argumenta iniiciebant mihi pudorem. Contra vero alia emerferunt omnino
 contraria, quæ postea suaserunt, vt non tantû non me pigeret nihil ad te scri-
 psisse, sed ne in posterû quidem scribere. Considerauit in primis quàm stultè
 agât, qui suis ineptiis illustriâ virorum maiestatem contaminât, exemplo il-
 lius Cherili, cuius scripta plus multò probri quàm laudis pepererunt Alexan-
 dro. Quântû enim famæ parturiunt doctorû monumenta, tantum dedecoris
 afferre solent pœnitendæ & viles indoctorum nugæ. Itaq; si quid hæcenus
 tibi nuncupassem, plus multo fuliginis & tenebrarum quam lucis induxisset
 tuo nomini. Nâ nihil est in me, quod tuis laudibus respondere valeat. Nihil ne-
 que scribo neq; loquor, quod semitarij & pagani magistelli nō nouerint. Ni-



MORTEM QUI SIBI VARIIS
MODIS CONSCIVERUNT, AUT

se aliis commiserunt occidendos.



LUCRETIA puella, rarum Romæ, castitatis lumen, ægrè ferens purissimum suæ pudicitiaæ florem ab infami & turpissimo tyranno Tarquinio iuniorè Tarquinij superbi, Romanorum propterea regum vltimi filio fuisse corruptum, & stupratum, impatiens acceptæ iniuriæ palam se occidit, fecitque, vt populus scelus vlcisceretur, & regum principatum excuteret. Cuius mortis quotiescunque venit in mentem, lachrymis nequeo temperare, sed nec puellæ satis misereri, aut stupratore conuictis ad saturitatem aspergere, ac deuouere. Claudian. lib. 1. in Eutropium, Visceribus frustra castum Lucretia ferrum Merfit. Stroza pater lib. 1. Eroticôn. Vltia nefas animo, propriaq; Lucretia dextra, Inuictò occurret clara pudore tibi. Sabellicus. Nec ferro occumbès casto traiecta cruore. Fœdasset patrio moriès Lucretia vultus.

*Lucretius
lib. 1.*

Lucretius poëta Phisicus sumpto amatorio poculo, eò furoris raptus est, vt manum sibi intulerit, natus annos plus paulò quadraginta. Quinetiam eo, priusquam moreretur, delirio, diu ante fertur laborasse: neque ad scribendum carmen animum appulisse, nisi interfecta, interuallatâque insania Politianus in Nutricia,

*Calvus
lib. 9. cap.
36. &
Eusebius
in Crimi-
tum.*

Nec qui phyltra bibit, nimiòque insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

M. I. Brutus vnus ex his, qui Cæsarem XXI. vulneribus in senatu confoderunt, ab Augusto & Antonio Iulij mortem vlciscentibus, apud Philippos expugnatus, desperata iam victoria manum sibi intulit, iuuante Stratone rhetore, anno suæ ætatis trigesimo, ne in manus inimicorum veniret. Pamphilus Saxus:

Se gladio fodit Brutus, Cato fodit & ille,

Quem timuit Cæsar, quem coluere patres. Qui rei historiam auidius sitiuerit, eat ad Plutarchum.

Portia filia Catonis, audita morte Bruti mariti apud Philippos interfecti, ferrum poposcit ad inferendam mortem. Quòd quum amici recusassent, carbones hausit, & inaudito mortis genere vitam finiuit. Autores Plutarchus, & Val. Max. Martial. lib. 1. Epist.

Coniugis audisset fatum quum Portia Bruti,
Et substracta sibi quæreret arma dolor,

Non diu

IOANNIS

RAVISII TEX-

TORIS OFFI-

CINÆ.

.

TOMVS SECVNDVS.

CVM COPIOSISSIMO RERVVM

& verborum Indice.

EDITIO TERTIA.



LUGDVNI,

SVMPTIBVS PETRI RIGAVD.

M. DCII.

CORNVC O-
PIÆ IOANNIS

RAVISII TEX-
TORIS EPI-

TOME.

✱ ✱

*Qua res, quibus orbis locis abundè pro-
ueniant, alphabetico ordine
complectens.*

EDITIO TERTIA



LVGDVNI,
SVMP TIBVS PETRI RIGAVD.

M. DCII.